e-codices

ficatorum Et redde
vicinis nostris septuplum
in sinu eorum: impro
perium ipsorum: quod
exprobraverunt tibi domine
Nos autem populus tuus
et oves pascue tue: con
fitebimur tibi in seculum
In generatione et
generationem: annuncia
bimus laudem tuam.
Qui regis ps. 79
israel intende: qui
deducis velut ovem
ioseph Qui sedes super
cherubin: manifestare
coram effraym beniamyn
et manasse Excita po
tentiam tuam et veni:
ut salvos facias nos.
Deus virtutum converte nos
et ostende faciem tuam
et salvi erimus Domine
deus virtutum quousque
irasceris super orationem servi
tui Cibabis nos pa
ne lacrimarum: et po
tum dabis nobis in lacrimis
in mensura Posui
sti nos in contradictionem
vicinis nostris: et inimi
ci nostri subsannaverunt nos
Deus virtutum converte
nos: et ostende faciem
tuam et salvi erimus
Vineam de egypto
transtulisti: eiecisti
gentes et plantasti eam
Dux itineris fuisti
in conspectu eius: et
plantasti radices eius
et implevit terram Ope
ruit montes umbra eius
et arbusta eius cedros
dei Extendit palmi
tes suos usque ad mare

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 69v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/fr/snm/LM004624-2/69v)